

XVII.2.579

108

MEMORIALE N^o A D M. R E G E S

Exemplis Regum bonus ordo vigeret in Orbe.
Cecinit Alithophilus Cosmopolites.

Pacem sequimini cum omnibus, & Sanctimoniam,
sincè qua nemo videbit DEUM.

Doctor Gentium. ad Hebr: Cap: xii.



Auctore Nepomuceno Schlemmer de Ehren-Rang Medico
et Consiliario Sacrae Regiae Majestatis Pot:

V A R S A V I A

Die 8. Mai Anno Gratiae

1791.

BIBLIOTHECA
ARCHIACADEMIA
ANGLICANA

*Maxima Virtus cultus DEI, et charitas proximi. Nam
cui nulla DEI cura est, nec cura suorum est, et cui
non Populi cura, nec ulla DEI est.*

XVIII. 2. 579





170

MEMORIALE A D R E G E S.



Jura monent Reges: propriis impendere Regnis
Vires et curas, ut sint felicia semper: (a)

)2(

Cùr

(a) Hæc sunt desideria STANISLAI AUGUSTI Regum Poloniarum Maximi, cuius Sapientiam et Paternam sollicitudi-

* * * 1820 * * *

Cùr fines ultrà proprios aliena petuntur?
Non decet in segetes alienas mittere falcem,
Clandestinè volens aliorum evertere Regna.
Hæc turpis fraus est, species quām pessima furti,
Nec licet in rabiem totum quis ut excitet Orbem.
Quisquis se præbet Coriphæum dissidiorum,
Numinis hunc veluti torrens maledicta sequuntur.
Quid prodest homini si per vim possidet Orbem,
Dum tamen in terris famam disperdit in ævum,

Et

nem Dies tertia Maji, Polonis æternūm sacra, comproba-
vit; acclamante, et exultante universo Populō: D E U S
Hunc nobis diutissimè servet; uti et ego:

Offero Corde meos ut plures viveret Annos.


Impreat Omnipotens hæc pia vota D E U S.

* * * * *

Et patitur pœnas animæ sине fine futuras?
O! quos præfecit Populo Divina Potestas,
Relligio Vobis sit semper cura suprema.
Vertite jam gressus ad cultum Numinis Almi.
Abstulit, heu! vires violenter Gallia Regi.
Quæ sине Rege furit, vix non cum Grege peribit.
Hæc Gens Vos moveat propriо fædata cruore;
Præceps ad laqueos, ad fævas prompta ruinas,
Per quod quis peccat, per idem punitur et ipse.
Et quæ causa mali? Despectus Relligionis,
Atquè Fides temere pravis addicta Sophistis. (b)
Prospicite exemplò, nè Vindicis ira Potentis,
Suscitet in Vestris pejora incendia terris.

Disci-

(b) Noti sunt hujus pestilentia Coriphæi, qui suо stylo veluti can-
tu Syrenum infascinârunt Universum.

* *  * *

Discite justitiam moniti , qui Sceptra tenetis ,
Quid nam Jura DEI jubeant , attendere præstat :
Ex illis nam cuncta fluit fors prospera Gentum .
Qui Vobis subsunt , humano ex sanguine constant ;
Ac Adæ veniunt , ut Vos , ab origine nati .
Hos cœu consortes Naturæ dictat amare
Vox veneranda DEI , toti notissima Mundo .
Non premit o ! nimiō subiectos pondere Vestros .
Discite quod justum est , nec fallere fædera Reges :
Nam severa DEI perjuros vindicat ira .
Non sitis cupidi diræ per crimina famæ ,
Co - homines miseros scelus est : exponere morti ;
Sed per virtutem bona fama sequenda Monarchis .
Provocat AUGUSTUS Noster Virtute Sodales . (c)

Præ-

(c) Nemo Regum Nomen Augusti tam digne portavit , quam No-

* * D^o M^o C^o * *

Præbuit exemplum factis regnando Paternè,
Vos similem normam, Reges! assumite prompti.
Pacis amore DEI ter Sancti parcite mundo;
Numinis in facie Mundus Vos ut benedicat,
Vosqué ævi Dominus condigne coronet in Astris.

ster PATER PATRIÆ, ob omnia quidem, sed præcipue ob
Scientias, et Artes in Polonia præmiando excitatas. Qui ita
facit, et facit ad finem; laudabitur in terris, et glorifica-
bitur in Cœlis.



XVIII. 2. 579.



XVII.2.579.

20

Principis exercitibus regis legione. Postea
vix illius militum exercitus Regesque aliquantum
Principes quoque. Quod est quodque reges
vix illius militum exercitus Regesque aliquantum
Postea principes exercitibus regis legione. Postea

eo tempore quod regis exercitus
atque exercitus Regesque aliquantum
Exercitus Regesque aliquantum
Exercitus Regesque aliquantum

Nec se omnes DEI exercitus vindicant.

Nec satis capiti direccomma habet

o homines misericordia Regesque aliquantum

et per misericordiam Regesque aliquantum

Propositio AUGUSTUS. Regesque aliquantum

